

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre II](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - I, 04 : De Apologorum, fabularum anorumque differentia](#)

Mythologia, Venise, 1567 - I, 04 : De Apologorum, fabularum anorumque differentia

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I

[Mythologia, Francfort, 1581 - I, 04 : De apologorum fabularum, ænorumque differentia](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 04 : Leur difference d'avecque les Apologues](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 04 : De la difference des Apologues, Fables & autres discours fabuleux](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567
Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50
Formatin-4
langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 5v°-6v°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024



Mythologiæ.

litate irretiti nihil diuinius sub illo inesse crediderūt. Hi etenim tanquam parui pueri per brumam apud ignem sescicantes aniles nugæ fabellasque à poetis imbibūt, cū interim de vtiliore sanctioreq; sōia minime sint solliciti.

De fabularum varietate.

Cap. III.

Vnt aut plura fabularū generū, quæ nūc à locis, in quibus inuēta fuerūt, nūc ab inuētoribus, nūc ab argumentorū natura, nomen obtinuerunt. A loco quidem Cypriz, Cilissæ, Sybariticę. Cū multi fuerint earum inuentores, obtinuit consuetudo, vt omnes Aesopicæ dicerentur cæteris inuentoribus silentio prætermisissis, quia in consingendis fabulis Aesopus omnium aliorum fuit artifex ingeniosissimus. illæ, quæ Sybariticæ dicebantur, agebant de brutiis; quæ Aesopicæ, de hominibus. Politicæ dictæ sunt, quibus vsi sunt sapientes ad demulcendos animos potentiorum, atque ad deducendam multitudinem ad humaniorem vitæ rationem. Aliæ rursus morales, aliæ rationales sunt vocatæ, aliæ ex his ambabus formis commistæ. inter politicas fabulas argumenta comædiarum & tragediarum sunt connumeranda, quia ceteri ab agresti vita homines per hæc non euocantur, traducuntur tamen ab illegitimis voluptatibus & ab omni intemperantia ad vitæ moderationem. Sed horum argumentorum varia sunt nomina; quia aliæ togatę, à togis histrionum dicuntur: aliæ palliatę à palliis Græcorum, aliæ tabernarię pro vestibus & conditione introductarum personarum. Alię planipediz, quod neque foccis, neque cothurnis, vt in cæteris, horum argumentorum histriones vterentur. Aliæ Attelanz à loco vbi fuerunt inuentę; cum tamē simplex sit tragediarum nomen. Aristoteles in Rhetoricis libycas fabulas ab Aesopicis diiunxit, quia libycæ de hominibus, Aesopicæ de brutis agerent: id autem idcirco factum est, quia cum Aesopicis aliorum complures fuerunt commistæ. Fabularum nomine tam apologi quæ signata sunt Aesopica; quàm fabulæ, quæ sunt poetarum argumenta, continentur; vt formæ sub suis generibus. Illæ, quas explicari sumus, fabulę, ac signata antiquorum sapientum, in nullum horum generum simpliciter incidunt; sed vtriusque cum omnibus his ferè commistę sunt, atque ex omnibus generibus aliquo pacto constant. Quippe cum vel generationem rerum naturalium contineant, vel agant de natura Deorum immortalium, vel de vi planetarum, vel de vita hominum recte instituenda; quarum singularum natura paulo post à nobis explicabitur.

De Apologorum, fabularum, æsurumq; differentia.

Cap. IIII.

40 Ed ante quam poeticarum fabularum, & earum, quas explanare instituimus, explicationem aggrediamur, operæ precium me facturum esse censeo, si demonstrauero quod sit inter hæc ipsa genera differentia. E fabulis igitur aliæ sunt, quæ logi, siue apologi dicuntur à Græcis; alię vocantur *μυθαι*, siue fabulæ simpliciter. Apologi vel de brutis sicut solis, vel cum his homines colloquentes faciunt, apologorumque illud est munus vt pro exemplis sint in concionibus, sicuti testatur Aristoteles in Rhetoricis. fabulæ illæ, quæ *μυθαι* dicuntur, cum argumenta tragediarum & comædiarum complectantur, & omnem vim denique poetæos, quæ sit per imitationem commu-

Mythologiæ.

pueros: neque delectationis tantum sit causa, sed habet præterea admonitionem nam conatur clam docere & adhortari. Neque apologus igitur simplex, neque fabulæ illæ, quæ sunt poematum argumenta, dicuntur Aeni: sed quod ex his utrisque quodammodo compositum fuerit, cum admonitione intra se inclusa atque hæc sufficiant de apologorum, Aenorum, fabularumque differentia.

• **ASQUM**

De Partibus fabularum.

Cap. V.

- 10 **F**abularum partes, earum scilicet, quæ apologi dicuntur præcipuè, dux sunt; rei explicatio, & id cuius causa: siquidem Aeni & poematum argumenta eam vim habent, ut initas partes hæc intra se cõtineant: quæ nemo propè est, qui suapte ingenio non possit elicere. At quoniam apologi simplices sunt plerunque, omnesque fabulæ probitatis & prudentiæ causa sunt, necess. fuit singulis suos fines addidi se. Vbi igitur priorem orationis partem ad informandos mores accommodamus, præcedit *propè* appellatû, quasi præcedens fabulæ admonitio: vbi extremam partem ad mores regendos deduxeris, fiet *conclusio* sequens scilicet admonitio fabulæ. Quæ fabulæ alteram harum partium non habuerint, sed intra se inclusam, collocandæ sunt in priore classe. Quæ fabulæ sunt Deorum genealogicæ simpliciter, illæ
- 20 quoniam his maxime vsi sunt poëtæ suis poematis exornandis, poëtice vocantur, quæ vel ad generationem elementorum attinent, vel ad res arcanas naturæ, vel ad motus & vim planetarum; omnes siquidem hæc haud simplicem habent narrationem. Cum fabulas has ad veram interpretationem deducimus, flet interpretationi proprium nomen tribuendum, sed adhuc sine illo persistit, nisi appellemus allegoriam. Sunt autem hæc solæ propè fabulæ, quæ iucunda, quæ magnifica, quæ admirabilia fecerunt antiquorum poemata, eaque locupletarunt: nam si fabulæ hæc de scriptis poëtarum eximerentur, nihil propè esset in iis admirabile, aut iucundum.

30

De fabularum scriptoribus

Cap. VI.

- A**pologorum & fabularum poëticarum antiqui fuerunt scriptores complures: qui tamen ad ætatem nostram peruenierint, non adeo multi. Fuit Aesopus Samius ingeniosissimus consingendorum apologorum artifex, à quo omnes postea apologi dicti sunt Aesopici. Hesiodus præterea fabulosos Deorum ortus carminibus cecinit. Memoriz prodidit Eusebius Porphyrium etiam libros composuisse, in quibus fabulosas Deorum genealogias ad naturæ rationem & opificium perducere conatus est. Zeno, Cleanthes, Chrysippus, ut ait Cicero in libris de Natura Deorum, fabularum antiquarum expositiones in suis voluminibus complexi fuerant, quæ tamen ad nos non peruenierunt. Istud ipsum fecit Orpheus, Musæus, Mercurius, Linus, antiquissimi poëtæ, & Phurnutus, & Palaphatus, & Ponticus Heraclides, Silenus Chius, & Anticlides, & Euartes & alii complures mythologi quorum commentarii vna cum scriptorum nominibus penè intereiderunt, è quibus Ovidius sua in varias formas mutatorum corporum depromptit argumenta. Nam in quibus voluminibus tot extabant figmenta, quantam aliarum fabularum fuisse mirabilitatem credibile est? ac tot de fabularum scriptoribus.

De